

18
19
20
21
2
23
24
25



1688.

16. Poth, Joh. Mus.: De iudice imperito.
17. Rottius, Henr. Balchas: De creditore creditoris
et debitoris debitorum.
18. Rottius, Henr. Balchas: De reticentia.
- 19^{1^{te}} Rottius, Henr. Balchas: De falsa moneta.
2 Saestl. 1688 ? 1737.
- 20^{1^{te}} Rottius, Henr. Balchas: De cautione de non appellando
3 Saestl. 1688 ? 1745.
21. Schmidt, Fr. Andreas: De gymnasiis literariis Aethiopia-
nam.
22. Terroeterus, Johann Christianus: De iuramento litis
decisorio judiciali.
23. Stevoglius, Joh. Philippus: De fidei rei peccata
notati comparatae vindicatione.
24. Stuve, Georgius: De contractibus principum 2 Saestl.
1688 ? 1743.
25. Stuve, Georgius Wern.: De testamentis principum
imperii



1688

H. Inerus, Paphagrus : De ludis equestribus.







11811

1688, 22 10

I. N. D. N. J. C.
 DISSERTATIO JURIDICA
 DE
JURAMENTO
 LITIS DECISORIO JUDICIALI,

Quam
 Permisu atque Auctoritate
 MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

In Celeberrimâ Salanâ
Sub
 PRÆSIDIO
 DN. JOHANN. CHRISTIANI
 SCHROETERI, J. U. D.

publicæ disquisitioni submittit
 A U T O R
 CASPARUS CHRISTIANUS
 KOBERUS,

Numburgo - Misnicus,
 ad diem Januar.
 1688.

Jenæ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi.



Præ-Illustri ac Generosissimo Domino,
DOMINO
HAUBOLDO à *Miltitz*
In
Scharffenbergk und Kroppen
DYNASTÆ,

Et
Potentissimi ac Serenissimi
ELECTORIS SAXONIÆ,
Domini sui Clementissimi,
CONSILIARIO INTIMO,
Comiti Cubiculario, Capiteo circuli Misniensis Supremo,
Capiteo Hæreditariæ ac Procurationi Subjectæ Misni-
ensis Præturæ, nec non Steuræ Directori
Splendidissimo, &c.

DOMINO, MÆCENATI AC PATRO-
no meo, post Deum Summo, ac Devoto Venerationis
Cultu æviternum suspiciendo, &c.

Hanc Dissertationem Juridicam

In
Æternæ Observantiæ signum, sui que ac suorum Studiorum commendationem,
cum

Prolixo omnigenæ Prosperitatis ac Divinæ Benedictionis Voto,
submissâque mente

D. D. D.

Ipsius Cultor ac Cliens ad preces & servitia quævis devotissimus
Casparus Christianus Koberus.



A. Ω.

DISSERTATIO JURIDICA

De

JURAMENTO LITIS DECISORIO JUDICIALI.

§. I.

Juramentum, quod sæpius audit Sacramentum, uti passim colligitur ex *ll. sic ex l. ult. C. de reb. credit. it. l. 12. §. ult. C. eod.* descendit à jurando & hoc à Jure, cum id quod juratur, sicuti jus sanctè sit servandum, nullumque vinculum ad astringendam fidem jurejurando arctius à Majoribus excogitari potuerit, teste Cicerone in *libr. Offic.* Hinc non imeritò nuncupatur pignus quoddam & arrha fidei, quæ omnis justitiæ fundamentum est, apud *Setser. in tractat. de Jurament. in præfation.* maximumque remedium litium finiendarum in *l. 1. ff. de jurejur.* Multifariam verò vox Litis in Jure accipitur. Significat enim (1) Actionem, sive in rem illa sit, sive in personam *l. 26. de Verb. Significat.* & sive Civilis ea sit, *d. l. 36. l. 4. ff. de judic.* sive Criminalis *l. 13. pr. C. de judic. l. fin. C. us intr. cert. temp. Crim. quest. terminetur*: (2) Rem controversam & in judicium deductam *l. 8. de eo, quod cert. loc. pet.* quæ significatio est hujus loci. Decisorium à decidere, quod est litem dirimere, ita, ut quis amplius eam prosequi non

A 2

pos.



2.
possit. Vid. Calvin. in Lexic. Juridic. sub voce decidere & ibi citat.
Brisson. Estque Juramentum Litis Decisorium nihil
aliud, quàm juramentum litis finiendæ causâ à
parte litigante præstandum. Umm. Diss. 14. tit. 3. quod
deferunt tam judices, quàm ipsi litigantes; Illi vel partibus, & tum
ad litem decidendam, id quod Necessarium appellatur; estque
vel Suppletorium, der Erfüllungs = Eyd. l. 3. C. de Reb. Cred.
vel Purgatorium, der Reinigungs = Eyd. l. 31. ff. de jurej. tum
ad coërcendam quoque litigatoris contumaciam seu dolum, aut
culpam: Hinc Juramentum in Litem, quod est vel Veri-
tatis, vel Affectionis; vel testibus, id quod tum Veri-
tatis, tum Credulitatis: Hi, videlicet ipsi Litigantes, deferunt
vel extra judicium & dicitur Voluntarium, vel in Judicio &
audit à Justiniano Judiciale, eò quod melius intelligi queat dif-
ferentia inter jam enumeratas juramentorum species: Cæterum de-
scendit à Judicio, cujus vocis multæ sunt significationes, quas
cupidus hujus rei videat apud Calvin. in Lexic. jurid. sub voc.
Judicii.

§. 2. Hæc paucula pro declaratione vocum sufficiunt, trans-
eamus nunc ad rem ipsam, eam & in Genere per Definitionem,
nec non Divisionem, & in Specie per Consentanea & Dissentanea
tractaturi. Definitionem quod concernit: Juramentum Ju-
diciale est religiosa rei alicujus asseveratio, quæ
à parte parti in Judicio, accedente Judicis, per
sententiam interlocutoriam approbatione, defer-
tur, litis finiendæ gratiâ. l. 1. ff. de jurej. l. 12. §. 1. C. de Reb.
Cred. estque tum Delatum, tum Relatum l. 25. l. 38. ff. de
jurej. quod posterius quoque dicitur in d. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cred.
Sacramentum Relationis.

§. 3.

3.
§. 3. Ad Consentanea quod attinet, Causa Juramenti Efficiens Remota est Jus Civile: Causa Efficiens Propinqua est Judicis competentis approbatio. Vid. Magnif. Dn. Lynck. dictata splendidissima ad ff. de jurejur.

§. 4. Subjectum est vel Occupans, vel Recipiens: Illud est is, qui de re litigiosa disponere potest, adeoque est dominus, vel qui habet liberam rei administrationem, tum lege, tum conventionem concessam l. 17. §. fin. ff. de jurejur. & valet jusjurandum deferre Actor Reo, licet nihil probaverit l. 35. in princ. eod. & vice versa, Reus Actori super Exceptionibus peremptoriis. Coler. decis. 122. n. 10, Berlich. 2. decis. 297. it. part. I. Concl. 29. n. 61. & Zanger. part. 2. c. 21. de Except. Putat autem Antonius Faber ad hujus Juramenti delationem haud alios admitti posse, quam quibus jusjurandum referri potest, in Cod. libr. 4. tit. 1. defn. 9. n. 5. quem sequitur etiam Carpzov. in Process. Jur. tit. XI. art. 1. num. 85. & seqq. ad n. 91. suppeditans exemplum de persona infami, quæ non posset Jusjurandum deferre, quod variis quoque defendit rationibus, eò quod videlicet ob metum perjurii Juramentum ipsi referre nequeat d. l. item in Jurispr. Forens. part. I. const. 14. defn. 6. per tot. Verùm. hoc ipsum non procedere videtur Brunemannano c. 23. num. 4. in process. & Lauterb. Dissert. de Juram. §. 5. num. 80. & rectius, cum relatio non sit conjuncta delationi, uti colligi potest ex l. 34. §. 7. de jurej. Quin & referri potest Juramentum infami, quamvis hoc fiat non tuto. Setser. in dict. tract. libr. 4. cap. 3. n. 10. Confer. Bachov. ad Treutl. Diss. 12. th. 9. lit. A. Sanè Reus de iniquitate conqueri haud potest, quoniam delato per Actorem juramento ipse testis & judex in propria causâ constituitur. arg. l. 1. princ. ff. quarum rerum act. non dat. Et actor non solummodo ad hujus Juramenti delationem admittitur, si nomine agat proprio, ut modò diximus, sed & quando ratione administrationis, quam quis sustinet vel Conventionem, experitur,

ritur, Reo jusjurandum deferre valet; Id quod Tutor, utpote-
 qui loco domini res administrat ex Lege, facere potest nomine pu-
 pilli. Etenim ipse pupillus nequaquam audiendus
 est, juramentum deferre volens l. 17. §. 1. ff. de Jurej.
 Zanger. part. 3. c. 16. seqq. de Exception. Borcholt. in tractat. suo de
 jurament. cap. 3. n. 9 nisi tutore auctore d. l. 17. Hinc Tutori per-
 missum est, ut nomine pupilli jusjurandum deferat, omnibus aliis
 videlicet probationibus pupillo deficientibus l. 35. princ. junct. d. l.
 17. §. 2. ff. de jurej. præstito tamen ante juramento calumniæ, arg.
 l. 1. C. de jurej. propter calumn. dand. & si referatur, ipsi ad juran-
 dum admittitur, l. 4. ff. de in Lit. jurejur. quin & invitus jurare ad-
 igitur Carpzov. in dict. Process. n. 96. Sibi enim imputabit, cur ju-
 ramentum detulerit, si nolebat ex relatione jurare l. 37. ff. de jurej.
 l. 7. §. 1. ff. qui facis d. cog. Sed quid dicendum de Mino-
 re? alii quod juramentum deferre possit, affirmant simpli-
 citer ex l. 9. §. 4. de jurej. Wissenb. in Diss. XXIV. ad ff. §. 25.
 d. tit. sed alii distinguunt, an Minor Jusjurandum deferat,
 ut Creditor, quod ipsi haud sit permittendum,
 cum minor ipse adversarium suum in propriâ causâ Judicem con-
 stituat, Jusjurandum ei deferendo l. 1. princ. ff. quar. rer. act. non
 dat. & ita debiti remissio fiat, an verò, ut Debitor, quod
 fieri posse ajunt, cum ad semetipsum liberandum ab obliga-
 tione Jusjurandum deferat; Et hæc quidem obtinent,
 si Curatorem non habeat, potest tamen adversus delationem in in-
 tegrum, si captus sit, restitui d. §. 4. l. 9. de jurej. l. 3. C. de restit. in
 integr. Sed, an Curator actorio vel defensorio no-
 mine juramentum deferens, sine mandato specia-
 li mulieris admittatur? Vid. Carpz. 3. decis. 229. Et 3. Respons.
 40. n. 21. Setser. l. 4. cap. 2. de Juram. Perez. in Cod. h. num. 12. seqq.
 Sed quid juris de Procuratore, an rectè deferat

Jus-

^{1.}
Jusjurandum? Respondetur, modò mandatum habeat
cùm liberâ (administrandi potestate) Vid. Magnif. Dn. Struv.
Mæcenâs atque Patronus meus sanctè ætatem devene-
randus, in *Syntagmate Jurisprudentiæ Exercit. V I I. tb. 25,*
& 34. vel quod tutiùs, mandatum speciale, quo Juramenti de-
latio est in specie commissa. *l. 17. §. ult. l. 18. ff. de jurej. nisi sit pro-
curator universorum bonorum, aut in rem suam. d. §. ult. legis 17.*
eod.

§. 5. Ad Subjectum Recipiens quod spectat, scien-
dum, omnibus, cujuscunque sint sexus, ætatis atque
conditionis, posse hoc Jusjurandum deferri *l. 26.*
prin. & l. 20 & seqq. ff. de jurej. Berlich. decis. 116. 112. Sed hic
statim ab initio non ineptè quæritur, quid statuen-
dum sit de eo, qui de pejerando suspectus est, an
ei Jusjurandum sit deferendum? & respondetur
affirmativè, si nimirum veritas aliter haberi nequit; Interim
tamen postquam reus id acceptaverit, Pacianus *libr. 1. de probat.*
cap. 20. num. 10. suadet, ut deferens Jusjurandum adversario po-
tius remittere debeat, quàm præstari patiatur. sic fœminis
uterum gestantibus Juramentum deferri valet, quamvis jurare de-
trectent, nec non ex causâ, ut domi jurent, statuere Judex possit.
Mev. part. 5. decis. 81. Maritus etiam, quatenus facti, super quo
jurandum est, scientiam habeat, etiam si uxoris nomine litiget, ju-
rare tenetur. *Setser. l. 4. de Jurament. cap. 3. Mev. d. part. 5. decis. 210.*
Sed an Minori? omninò ei potest Juramentum deferri, eo
ipso, quod obligari queat. *l. 2. l. 31. in fin. ff. de jurej.* At quid de
Pupillo? Respondetur, non tamen ita ei potest Jura-
mentum deferri, ut id præstare, aut referre teneatur, *l. 34. §.*
2. explicat hanc legem Setser. d. l. 4. de Juram. cap. 3. num.
8.

8. Sed, nisi spontè jurare velit, actum ad pubertatem usque differendum esse tradit Carpz. *in Jurispr. forens. part. 1. const. 12. def. 42. Idem, in process. d. t. art. 2. §. 2. n. 14. seqq. ad n. 19.* Invitus enim haud est compellendus *d. l. 34. §. 2. ff. de Jurej.* Carpz. *d. l.* Quod si verò Reus pupillo actori deferat juramentum super Exceptionibus, ne per hoc & moram impubertatis, damnum calumniosè pupillo inferatur, receptum est, ut deferens prius, ipsam delationem non calumniosè factam esse, juret, postea verò liberum pupillo sit, vel referre jusjurandum, vel exonerare conscientiam probationibus, vel præstationem juramenti ad tempora usque pubertatis differre Carpz. *in process. d. l. num. 19. & seqq. ad num. 24.* Tutor quoque, cui juramentum delatum est, ad jurandum volens quidem admittitur, nolens autem neutiquàm certè compellitur. *arg. l. 4. de in Lit. jurand. Hahn. ad Wesemb. b. n. 14. Mev. part. 7. decis. 385. De suâ tamen scientiâ jurate tenetur l. 5. C. de Reb. Cred. Mev. d. d. l. Carpzov. in d. Jurispr. for. part. 1. const. 14. def. 13.* Sed quid Juris de Procuratore? Jure Civili juramentum per Procuratorem, ad id habentem speciale mandatum *l. 17. §. ult. ff. de Jurej.* modò adversarius deferens consentiat. *l. 12. §. 4. C. de Reb. Cred. Wesemb. in parat. ff. de Jurej. num. 9.* præstari potest: Verùm Jure Saxonico expressè constitutum est, ut, ob summam juramenti personalitatem, nullum juramentum, sive suppletorium, sive purgatorium, sive Calumniæ &c. per Procuratorem, quamvis ad id habeat speciale mandatum, præstetur *Ordinat. Process. Judiciar. tit. 18. §.* Es soll auch ein jeder Eyd ꝛc. nullo etiam habito discrimine inter personas illustres & plebejas Carpzov. *in Jurispr. for. p. I. c. 12. d. 2. n. 4. 5. & seqq. It. in allegato Process. Jur. d. t. art. 3. à n. 24. ad n. 38. junctâ Ordinat. Process. d. l.* Senatui quoque, Collegio ac Universitati rectè defertur hoc Juramentum,
non

non tamen ut Syndicus, de quo putat Chilian. *Rönigk in process. cap. 29. n. 5.* sed Senatus, Collegii vel Universitatis nomine præstent tres, vel quatuor Senatores, aliivè ex Collegio vel Universitate, sive juniores, sive seniores, hi tamen regulariter, illi, si his exactiorem negotii, super quo jurandum est, habent scientiam. *Gail. de pac. publ. cap. 17. num. 17. Carpzov. in process. d. l. à n. 47. ad n. fin. usque Constit. Elect. August. 13. p. 1. ibique Carpzov. def. 1. 2. & seqq.* Etiam non exhibito speciali mandato. *Carpzov. 3. Respons. 41. Confer Magnific. Dn. Struv. in allegat. Syntagm. Juris Civilis Exercit. XVII. th. 36. sub fin.* Ufu autem & hoc discimus, quòd, si quis universum Collegium conveniens, uni alterive Collegæ in specie juramentum deferre velit, audiri non debeat. *Magnific. Dn. Bornius in Disp. priori ad Jus Judiciar. Commune & Saxon. th. 57. lit. F.* Cæterum, qui præsumptionem juris pro se habet, aut juramentum subire aut referre tenetur. *Carpzov. 3. Respons. tit. 5. Respons. 42.* velut *Andreol. Juramentum à Reo super solutione delatum, licet Instrumentum crediti habeat, ab actore recipiendum esse tradit. Controv. 177.* Sic hæredes aliquando quoque Juramentum suscipere tenentur, sed juramentum Manifestationis non injungitur hæredi ejus, cui est delatum, neque hæres ejus, cui juramentum purgatorium inpositum fuit; de Credulitate jurare cogitur, ob summam Juramenti personalitatem *Richt. decis. 55. n. 24.* In cæteris de Credulitate nonnunquam jurare tenentur etiam hæredes hæredis, cum necesse fuerit, sed tùm solùm de propriâ credulitate, non antecessoris, jurare tenentur. *Carpzov. 1. decis. 39.* Aliquando hæres ideò ad jurandum non cogitur, quia juramentum à defuncto susceptum, pro præstito haberi potest, velut, quando ille ad Specificationem juratam se obtulit, & ante juramentum decessit, *Carpz. 6. Respons. 190.* Nam ita Specificatio pro *Beschworen* habetur *Richt. decis. 58. n. 32.*

§. 6. Objectum circa quod, in quo tam ab Actore Reo, quam ab hoc super Exceptionibus peremptoriis, *Zanger. part.*

2. cap. 21. de Exception. Actori juramentum deferre valet, est in omnibus causis Civilibus quælibet Actio, l. 7. ff. de Jurej. sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive interdictum per l. 3. §. 1. ff. eod. Nec excipiendæ veniunt famosæ l. 9. §. 2. ff. eod. Siquidem in actione Depositi ad restituendum directâ, licet doli in Libello arguatur, juramentum hocce deferri potest, l. 10. C. de Reb. Cred. Carpz. in Process. d. r. art. 1. num. 60. Id. 3. decis. 231. ubi secus esse ait, quando ad pœnam irrogandam agitur, id quod de corporali rectè se habere, tradit prælaudat. Dn. Lyncker. d. l. Sic locus quoque est Juramenti hujus delationi in actione injuriarum civiliter intentatâ V. Carpzov. 3. Respons. 44. quò & pertinet actio Recantatoria, cùm referatur ad actiones Civiles. vid. Schacheri Colleg. practic. ad Pandectas tit. de Injuriis; & Decis. Elector. Noviss. 17. generaliter loquatur de actionibus injuriarum civiliter intentatis. Hinc in Criminalibus Juramentum Judiciale ab Accusatore haud potest reo deferri, non solum propter periculum perjurii ad evitandam pœnam, verùm etiam, quod in Criminalibus & Pœnalibus, præsertim atrocioribus probationes requirantur luce meridianâ clariores. l. ult. C. de probat. l. 5. princ. ff. de pœn. Gail. lib. 1. Observ. 108. num. 13. Sed an in causis matrimonialibus? Respondetur distinguendo: matrimonium contractum esse, aut à parte affirmante neganti, aut à parte negante affirmanti defertur Juramentum; Casu priori negatur, & ne quidem Sponsi aut Sponsæ parentibus illud deferri potest. Richt. decis. 8. num. 28. quoniam nulla pro matrimonio dissolvendo est transactio. V. Magnif. Dn. Struv. Synt. Exerc. VI. th. 59. (Sed Judex tantum Purgationis juramentum deferre posset neganti matrimonium initum esse, quamvis actor planè in probatione succumbat, modò pro matrimonio aliqua sit præsumptio Richt. d. decis. 8. num. 15.) Posteriori casu affirmatur, etiamsi aliud quid, verbi gratiâ clandestinitas, obstet, Conf. Carpzov. 3. Consistorial. defin. 44. Huc quoque ad Subjectum negativum spectat, quod

quod super diffamatione Juramenti delatio non admittatur, sed potius illa probanda veniat. *Mev. part. 3. decis. 339.* An de facto alieno, & quomodo deferri queat. *V. Mev. part. 1. decis. 161.* nunquam de ignorantia ejus juramentum subeundum est, *H. Pistor. Observ. 184. n. 21.* Ut autem hæ actiones in Processu Ordinario & Summario ventilentur, requiritur; *Carpzov. in process. d. t. art. 1. n. 2.* Eximitur enim Processus Executionis teste eodem *d. l. n. 11. 12. & seqq. ad num. 16.*

§. 7. Forma est vel Interna seu Substantialis, vel Externa seu Accidental: Illa consistit in asseveratione religiosâ, quâ Deum in testem eorum, quæ asseruntur, invocamus. *Vid. Prælaudat. Dn. Struv. de formâ Substantiali Juramenti prolixè differentem in Exercit. allegatâ XVII. tb. 4. 5. & seqq.* Hæc spectanda venit tum in

- { 1. *Modo*, eoque quoad vel
- { 1. *Partes* & tunc vel in
- { 1. *Delatione Juramenti hujus*, videlicet, *quæ delati hujus*
juramenti præstationem tam
- { 1. *Præcedunt*, A, quàm
- { 2. *Concomitantur*, quæ possunt *considerari*
- { 1. *In se* B.
- { 2. *In Solennibus*, quæ consistunt in
- { 1. *Ceremoniis*: C.
- { 2. *Fatalibus*, quorum est
- { 1. *Unum ad se offerendum & adversam*
partem ad id citari faciendum
- { 2. *Alterum adjurandum*. D.
- { 2. *Relatione*. E.
- { 2. *Judicem*. F.
2. *Circumstantiis nimirum*
- { 1. *Temporis*. G. &
- { 2. *Loci*. H.

A. Præcedit præstationem delati hujus Juramenti **Juramentum Calumniæ**, (puta **Speciale**, quod tantummodo locum obtinet, si Juramentum delatum sit. *Ordinat. Procesf. Judiciar. tit. 18. §. nach dem auch 2c.* Generale enim de Jure Saxonico est abrogatum. *d. Ordin. tit. 3. princ.*) quod, si adversarius exigat, prout quoque à Judice imponi solet, deferens antea præstabit *l. 37. ff. de Jur. rej.* & quidem antequam. Juramentum Calumniæ præstetur, mentem suam is, cui juramentum Principale delatum est, declarare non tenetur, an præstare illud, an referre velit. Ac tenetur illud quoque subire tutor *Carpzov. 1. decis. 37.* Nunquam verò ille, qui juramentum defert, quod à lege deterendum esse statuitur, tenetur præstare. *Mev. part. 5. ad Jus Lubec. n. 14.* Siquidem in iis Juramentis, quæ à lege vel Judice deferuntur Ju-
ra-

^{M.}
rumentum hoc Calumniæ peti nequit. Carpzov. *part. i. const. 12. def. 25. num. 2.* Neque etiam omninò ille, qui instrumento ab adversariis subscripto nititur. *Mev. p. 6. decis. 204.* Planè, si is, cui Juramentum delatum est, deferentem ad præstandum Juramentum Calumniæ citari faciat, & hic vel non compareat, vel de calumniâ jurare nolit, juramentum illud, nimirum principale, pro præstito est habendum atque pronunciandum: **Daß der vom beflagten Klägern deferirten Haupt-End numehro vorgeschworen und geleistet billig geachtet wird.** Carpz. *d. l. def. 28. per tot.*

B. Probè hic attendenda venit illa distinctio, quod aliud sit, committere factum alicujus conscientia, **die Klage einem ins Gewissen schieben** / & tunc adversarius jurare tenetur, quando juramentum de facto ipsius proprio est delatum, illudque referre nequit. Carpz. *d. part. i. c. 12. def. 40. num. 4. & 5.* Sic etiam, quando factum proprium Rei, non solum conscientia, verum etiam scientia ac notitia illius committitur; **Wann Ihm die Klage super facto suo nicht allein ins Gewissen / sondern auch in seine Wissenschaft und Wohlbewust gestellet wird:** relatio non subsistit. Carpzov. *d. p. const. 14. def. 11. per tot.* Aliud committere scientia ac notitia; **Die Klage in seine Wissenschaft und Wohlbewust stellen;** & tali casu super facto alieno jurandum est saltem de Credulitate ac Notitiâ *ibid. num. 3.* & Relatio permittenda, *Idem in process. d. t. art. 4. num. 41. ad fin.* Et sic hæredes etiam juramentum illud, quod defuncto plenius sub conditione conscientia ac scientia delatum est, subeunt. *Idem d. t. art. 6. n. 8.*

C. Solennia consistunt tum in Fatalibus, de qui-



bus in sequenti notâ, tum in Ceremoniis, quas Majores nostri sapientissimi mortalium, ut major esset religio, invenerunt. Ut autem hujusmodi ritus varii quondam fuerunt; aliter enim jurarunt in Ecclesiâ; aliter extra Ecclesiam constituti: de quibus vid. Alex. ab Alexandr. *Genial. L. 5. c. 3.* Brisson. *L. 8. form. p. 873.* Ita in nostris judiciis vulgatissima Juramenti ceremonia est, quod nimirum illud præstatur, vel tactis SS. Evangeliiis, vel ita, ut mares jurent prioribus duobus (alii volunt tribus, pollice videlicet, indice ac medio) digitis manus dextræ erectis, nec reliquis contractis: Fœminæ appositis ad sinistrum pectus, de quibus latè Carpzov. *in process. d. t. art. 3. num. 104. seqq. ad n. 110.*

D. Fatalia sunt duplicia: Unum ad se offerendum & adversam partem citari faciendum: Alterum ad jurandum. Prius quod concernit, probè observandum, quod is, cui juramentum per sententiam injunctum est, sese intra octiduum, ex quo sententia, quâ jussus jurare, transit in rem judicatam, ad jurandum offerat, citationem ad videndum jurari, ut & præstationem juramenti de Calumniâ impetret, nisi pro deserto haberi velit. Ordinat. *Process. Jud. tit. 18. §. wann aber &c.* vid. quoque Carpzov. *1. 12. 6. & 8.* nec jussu jurare anticipare licet, antequam decendium elapsum, sententiaque vires rei judicatæ consecuta fuerit d. Ordinat. *d. t. 18. §. wann nun einen also &c. versu. darinnen Ihm zu anticipiren nicht frey stehen soll &c.* Carpzov. *d. l. def. 11. Idem in process. d. t. art. 3. num. 17. & seqq. ad num. 21.* Interposita autem Leutatione vel Appellatione, non currit octiduum juranti, antequam is noticiam consequatur, quod Leuteratio vel Appellatio rejecta & causa ad judicem priorem sit remissa Carpzov. *d. l. num. 21. & seqq.* Quoad posterius, ad jurandum videlicet, tenendum,

dum, quòd à tempore lapsi decendii vel rei judicatæ, computato octiduo currere incipiat, & sexseptimanas & tres dies continere debeat; *Idem in Juriaprud. Eor. p. 1. conf. 12. def. 1. per tot.* Et his duobus neglectis, vel horum uno saltim non ritè observato, juramentum habetur pro deserto ac neglecto, & jurare jussus postea cupiens amplius non admittitur per text. allegat. in dicta Ordin. Process. Judic. d. t. 18. §. wann nun also &c. versu. allein wollen wir &c.

E. Relatio Juramenti, quin sit permessa, nullum esse dubium ostendit l. 34. §. 7. ff. de Jurej. l. 38. eod. Quod ipsum quoque Jus Electorale comprobatur Constit. August. 14. p. 1. verba: desgleichen soll &c. Ordinat. Process. Judic. tit. 17. §. ferner &c. modò eadem ratione, quâ delatio, fiat, & tam Civili, quam Jure nostro Juramentum nondum fuerit acceptatum, per ea, quæ habet Carpzov. in suo Process. d. t. art. 4. num. 9. Debet autem fieri Jure Saxonico Electorali (I.) in continenti, post factam delationem, ante sententiam interlocutoriam, in quâ videlicet supra ea delatione pronunciatum est; (II.) antequam illa sententia, Leutatione interpositâ, vires rei judicatæ consecuta fuerit: & (III.) ut ante rem judicatam relaturus desuper protestetur ibid. num. 14. Et illud nunc etiam observantiæ receptum est, ut in sententiâ super juramento præstando latâ, relatio jurare jussu reservetur, licet is desuper non fuerit protestatus ibid. num. 19. seqq. ad num. 25. Referri autem non potest, si is, cui delatum est Juramentum, aut unice, aut melius de conditione negotii sciat l. 34. §. 7. ff. de Jurej. Non etiam locum habet in causis Criminalibus & famosis c. ult. X. de Jurej. (Nam in Criminalibus quoque, si ad pœnam pecuniariam agitur, juramenti delationem admittunt Dd. Anton. Faber. l. 4. in Cod. tit. 1. def. 43. item in actione populari l. 30. §. 3. ff. de Jurej.) Berlich. part. 1. Concl. 32. num. 47. Admittitur autem in casu legis

14.

gis ult. C. de fideicomm. Aliàs in juramento Legali relatio non admittitur Carpzov. part. 1. const. 14. def. 8. An autem juramentum delatum in secundâ instantiâ referri potest? Affirmat Berlich. dicta Conclus. 32. num. 56. præsertim, si reus sibi relationem reservavit actualiter, aut non retulit, tunc in Leuteratione condemnatus potest juramentum referre Richt. decis. 62. n. 33.

F. Et hæc ad partes ratione modi spectant: Ad Judicem quod attinet, ille non faciliè juramenti delationem recusabit Moller. libr. 3. semestr. 3. num. 11. vers. sed post &c. cum nemo ad hujus acceptationem sit admittendus, priusquam à Judice per sententiam jurare jussus fuerit Carpzov. in process. d. 1. art. 2. num. 1. & seqq. ad num. 10. Ideò si quis propriâ sponte jurat, aut ad jurandum in judicio se offert, non valebit juramentum præstitum l. 3. in princ. ff. de Jurej. nisi judice connivente Cravett. Consil. 196. num. 2. Carpz. d. l.

G. Ratione temporis, & quidem de Jure Civili. Juramenti hujus delatio valet tam in principio litis, quàm in medio, vel in ipsâ sententiâ definitivâ, licet jam testes vel instrumenta producta, & nihil probatum fuerit, l. 35. princ. ff. de Jurejur. l. 12. in fin. princ. C. de Reb. Cred. l. fin. C. de fideicomm. Carpz. part. 1. const. 12. 2. An autem post sententiam admittitur? Affirmatur l. 1. ff. de Jurej. id quod verùm est, si sententiæ conditio jurandi fuerit inserta: Verùm de Jure Saxónico Electorali respectu Actoris, Ordinat. Process. Judic. d. tit. 18. pr. solummodò ante præstitam gvarandam & puram litis contestationem, nisi post eam nova emergat quæstio, delatio locum habet O. P. J. d. l. verb. iedoch &c. Constit. August. p. 1. const. 11. verba: so ordnen &c. licet desuper actor protestatus fuerit O. P. d. l. ob er gleich &c. aut clausulam salutarum: Salvo jure adden-

dendi, minuendi &c. libello addiderit, Berlich. *d. part. 1. Conclus. 28. num. 34.* Carpzov. *in Process. d. t. art. 1. num. 104.* At respectu Rei super Exceptionibus peremptoriis, Ordinat. Process. *d. l. §. da aber &c.* juramenti delatio, quæ tantummodò locum habet in processu Ordinario & Summario, non verò in Executivo, Resolut. Gravam. de anno 1661. *tit. von Justicien. Sachen / num. 5.* ante injunctam vel acceptatam reprobationem fieri debet. Ord. Process. *d. l.* Addatur Schwendendorff. *ad Process. Fibig. part. 2. cap. 2. membr. 2. section. 3. §. 4. pag. m. 585. seqq.*

H. Locus est ipsum Judicium: Ibi enim (ubi causa ventilatur) regulariter juramentum præstari debet. Ord. Process. *d. t. 18. in fin.* nisi personæ, quas jurare oportet, sint illustres; aut aliâ præclarâ dignitate gaudeant, vel morbo impediuntur, ad has domum mitti jubet Jus in *l. 15. ff. de Jurej.* Quod ipsum tamen de illis usu amplius non observatur: Siquidem in Judicio jurare tenentur, ita tamen, ut actus jurandi in conclavi minori expediatur. O. P. *d. t. §. ult. verb. sondern in den Audienz - Stuben geleistet &c.* cæteri namque omnes, cujuscunque sexûs, in consessu Assessorum, Advocatorum & amanuensium, januis undique apertis, jurare soleant. Carpzov. *lib. 3. Respons. 6. & in process. d. tit. art. 3. num. 91.* Ex dispensatione Judicis autem fieri potest, ut, quamvis parte adversâ invitâ, juramentum in loco Judicii, ubi defertur, sed alibi ex causâ fiat. Mev. *part. 3. decis. 421. & part. 5. decis. 81. videlicet ob longinquitatem itineris &c. ibid. part. 3. decis. 422.*

Hic coronydis loco sciendum est, juramenta esse præstanda manè, ac stomacho quidem jejuno. *e. XXII. quest. 5. c. 16. & c. 1. de testib. & formulam Juramenti ex ipsâ sententiâ desumendam & post examusum observandam esse, adeò, ut si quid omittatur,*

tur, vel addatur, præstatio sit reiteranda Carpzov. *in process. d. r. art. 3. num. 110. & seqq. ad fin.*

§. 3. Finis cum Effectu coincidit: Hoc autem Jusjurandum Judiciale delatum non potest recusari; sed aut suscipiendum & præstandum, aut deferenti referendum *l. 34. princ. §. 6. & 7. l. 38. ff. de Jurej. nisi pro deserto haberi velit d. l. 38. eod. l. 12. §. 2. C. de Reb. Credit.* Quod ipsum tamen haud absolute statuendum esse censeo: Quamdiu enim aliqua ejus, qui jurare debet, est excusatio, ut ad jusjurandum dilatio sit danda, hoc ipsum irrogari nequit *Mev. part. 5. decis. 411.* quin potius super recusatione illâ seu causâ ejus pronunciandum est, *Gloss. in l. 38. de Jurej. Id. part. 6. decis. 165.* atque jussus jurare audiendus est, si conscientiam aut notitiam suam probationibus defendere velit *Carpz. in process. d. tit. art. 5. num. 1. 2. seqq. ad num. 13. Mev. d. p. 6. decis. 166.* licet ante sententiam, quâ juramentum injunctum est, non fuerit protestatus, *Carpzov. d. l. n. 8. & 9.* Nihilominus quoque, qui juramentum non simpliciter, sed cum conditione acceptavit, admittitur, *Mev. d. p. decis. 167.* Intra octiduum verò, post sententiam, sese ad probationem offerre, post intra terminum Saxonicum articulos probatoriales exhibere, nec non ea ulterius, quæ probaturo incumbunt, agere debere vult *Ordin. Process. Judic. tit. 19. princ.* Adversæ autem parti, nec reprobatio, *Carpzov. d. l. num. 23. & seqq. ad num. 28.* nec interrogatoriorum exhibitio, ni fortè hæc solas testium personas concernant, *Decis. Elect. Noviss. 19.* est permittenda *Carpzov. d. l. num. 28. & seqq. ad num. 34.* Si igitur probatio ad finem legitime sit deducta, & quod probandum, aut fuerit probatum, is cui Juramentum delatum est, amplius jurare non tenetur, aut non, atque vel in totum, tunc ipsi integrum, quin & necesse est, regredi ad præstationem Juramenti *Carpzov. d. r. art. 5. num. 34. & seqq. ad num. 39.* non verò relationem juramenti, id quod etiam in hæredibus observatur *Ordinat. Proc. Jud. d. tit. §. wann nun einer &c. vel pro parte,* atque tunc locum habet Juramentum Suppletorium. *de Ordinat. Sin. verò*
mi,

minus deducta fuerit, Juramentum unâ cum probatione pro deserto judicabitur, Carpzov. *d. l. n. 53.* Quod si saltim quo- ad præstationem Juramenti Suppletorii fuerit quis negligens, & terminum legalem elabi passus fuerit, nihilominus tamen ad præ- stationem juramenti principalis regredi poterit, *dit. tit. §. wann eines &c. circa finem §. ult.* imprimis vero in verb. Wann die Versäumnis allein am juramento Suppletorio geschehen / daß / so dann den Erben nichts minder an statt des Haupt- Eydes das jura- mentum Credulitatis zu schwören solle frey und bevor stehen. Carpz. *d. l. num. 53. ad fin.* Utique confessio, quæ ex Juramenti recusa- tione elicitur, hæredi recusantis ante pronunciationem Judicis non præjudicat, quoniam ficta est. Vid. Magnific. Dn. Lynckerum in *Commentario suo ad ff. de Jurejur.* Quod si referatur juramentum, nequidem probationibus is, cui refertur supplere stabit, quia hanc viam deferens elegit, eamque posuit legem, quam ipsemet trans- gredi nequit *l. 1. §. tot. tit. ff. quod quisque Jus in alter. &c.*

§. 9. Effectus Ortus est sententia *l. 31. §. ult. ff. de Jurej.* Judex enim jurantem reum (vel cui remittitur juramentum;) ab- solvit, si relatum à reo juramentum actor præstet, condemnat re- um; nolentem vero jurare, reum condemnat: ex relatione non ju- rante actore, absolvit reum *d. l. V. Magnif. Dn. Struv. in d. Syn- tagm. I. Cirv. d. Exerc. XVII. tb. 51.* adeoque datur inde ad simili- tudinem judicati in factum actio *l. 8. C. de Reb. Credit.* de quâ vid. Oldendorp. *Class. I. adl. 9.* nisi super aliquo facto nominatim est jurandum, puta vendito &c. tunc enim competet actio utilis venditi *l. 13. ff. de Jurej.* seu actio utilis rei judicatæ. Magnific. Dn. Struv. *d. l.* non vero directa, quia ex auctoritate Judicis res decisa non est, sed per istiusmodi juramentum partibus placuerit, litem quasi per transactionem componere, *Conf. l. 30. ff. eod.* Un- de etiam est, quod à tali sententiâ non liceat appellare *l. 12. §. 3. C. de Reb. Credit.* ac retractari potest nequidem prætextu perjurii *l. 1. C. eod.* excepto casu in *l. fin. d. t.* de quo vid. prælaud. Dn. Struv. *d. Exerc. tb. 54. num. 1.* de poenâ perjurii Eund. *d. l.* nec ob instrumenta noviter reperta *l. 31. in fin. ff. de Jurej.* Cæterum

velut datur actio, ita & Exceptio rei judicatae Borcholt. *in tract. de Juram. c. 8. num. 46.* Quod si verò fortè sententia juramentum præstitum aut remissum fuerit, nihilominus tamen actio in factum Prætoria datur, *l. 9. §. 7. ff. de Jurej.* Illi verò, qui juravit, Exceptio datur (si videlicet ambigitur, an juramentum datum sit) vel planè rursus petituro denegatur actio, quando scilicet de Juramento præstito ac remisso constat *d. l. 9. princ.* quod etiam fit, si actor, cui juramentum relatum est, jurare recusat *l. 34. §. 7. vers. & si is & c. eod.*

§. 10. Contraria: Potest is, qui detulit, similiter & is, qui retulit, non tantùm juramentum revocare, sed & remittere ac ejus gratiam facere *l. 41. ff. de Jurej.* imò in ipso jurandi termino. Berlich. *part. 1. Concl. 32. num. 11.* ita tamen, ut iuramentum perindè habeatur, ac si fuerit præstitum *l. 5. §. ult. eod.* Revocare autem illud potest, si aliundè probare velit, quod tamen velle non potest is, qui retulit Berlich. *d. concl. num. 8.* ut & si illud iam acceptatum fuerit, licet deferens ad probandum se offerat; Quod enim ab initio fuit voluntatis, si acceptetur semel, id postea fit necessitatis *l. 17. §. 3. ff. commodati. l. 1. §. 6. ff. depositi.* Carpz. *part. 1. const. 12. def. 4. & const. 14. def. 3.* nisi post delationem & subsequentem acceptationem iuramenti, novis certisque instrumentis ac probationibus, quas deferens antè ignoraverat, instruat. Berlich. *d. l. num. 6.* & Carpz. *d. c. 14. def. 4. num. 5.* aut in continenti alterum pejeraturum esse ostensurus. Mev. *part. 2. decis. 93.* Sed, si is, qui conscientiam suam probationibus defendere velit, terminum probatorum elabi patiat, vel aliter probationem desertam faciat, non solum tùm à probatione ulteriori, verum etiam à iuramenti præstatione excludendus venit ex Sanctione Electorali in process. Judiciar. *tit. 19. §. wann nun einer sich & c. vers. da aber derjenige & c.*

DEO SIT LAUS, HONOR ET
GLORIA.

1688.

Nach der Cabbalilischen Urth:

I.

Herr Caspar Christian Kober /

173.

235.

340.

147.

in Rechten

49. 241.

gar embsig befließen:

88. 143. 272.

2.

Caspar: ein Schreiber /

235.

54.

282.

Christian: Christlich /

340.

330.

Kober gleicht hie dem Gehäge:

147.

152.

22.

39.

33.

Nach denen beyden Vor- und Zu-Nahmen eingerichtetes

Sonnet.

Ein Schreiber trachtet nur / daß Er mag artig
schreiben /

Zu seinem Nutz und Lob: daß Christlich sey gegründ
Am Saulen-Ström die Schaar der Musen
man befind /

An Ihm/mein Freund! allwo Sein Ruhm wird
ewig bleiben;

C 3

Denm



Denn Ihm ein grosses Lob zum ferneren Antreiben /
Des Fleisses giebt Sein Fleiß: Er ist durch Gott
entzünd /

Auf Sein Studieren stets: wie man in Kober
bindt /

Zum Nutz was gutes ein/so wird Sein Fleiß bekleiben/
Der Sich auch hier erzeigt/und Jedem thut zu wissen/
Daß in den Rechten Er gar embsig sey beflissen:
Drumb Er vor diesesmahl des vielen Endes Arth
In diese schöne Schrift/sehr Christlich und gelahrt
Zusammen wohl gebracht: Nie gleicht Er dem
Behäge /

Wo Sein Fleiß/Nutz und Lob/Ihm niemahl steht
im Wege.

Dieses dem Herrn Autori zu Ehren setzet nach

Paul Gottlieb Berlich /
Erb-Lehn-und Gerichts-Herr auf Wegefahrt.

Madrigale.

So recht! Nun schütte reichlich aus /
Du Edler Kober deine Weisheit-Gaben /
Damit durch deinen steten Fleiß
Die Musen dich ganz vollgefüllet haben;

Dir

Dir bleibt darvor der theure Ehren-Preis:
Der Himmel wird nach deinem Wunsch und Willen/
Den Kober wiederumb mit grosser Ehre füllen.

Dem Herrn Autori - Respoudenti, als Wohlgeschätztem Herrn
Schwager/eröffnete durch diese kurze Nahmens-Allusion
seine Glückwünschende Gedancken

M. Jacob Stahlkopff/
p. t. zu Oberschönau und Begefahrt Pastor.

Ad

Nobilissimum ac Doctissimum

DN. CASPAR. CHRISTIANUM
KOBBERUM,

LL. Candidatum

RARÆ AC EXIMIÆ HUIUS DISSERTATIONIS

AUCTOREM,

AFFINEM SUUM HONORANDUM;

* * *

Indicat hoc Specimen rarum, VENERANDE KO-
BERI,

Ingenium, hoc dignum quivis honore putat.

Nam.

Namque probas istô, TE consuevisse labore
Noctes atque dies incubuisse libris.
Pergas his cæptis, quo TE velut umbra, sequatur
Dignus sic & Honor sedulitate tuâ.

Officii ergo F.

JOHANN. JUL. Mardmüller /
SS. Theol. Studiosus.








ULB Halle

3

005 132 41X



VB 17





11877

1688, 22 10

I. N. D. N. J. C.
 DISSERTATIO JURIDICA
 DE
JURAMENTO
 LITIS DECISORIO JUDICIALI,

Quam
 Permisu atque Auctoritate
 MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

In Celeberrimâ Salanâ
Sub
 PRÆSIDIO
 DN. JOHANN. CHRISTIANI
 SCHROETERI, J.U.D.

publica disquisitioni submittit
 AUTOR
 CASPARUS CHRISTIANUS
 KOBERUS,

Numburgo - Misnicus,
 ad diem Januar.
 1688.

Jenæ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi.

